

INDEX GRAECITATIS.

Αγαθός, ὃν dicitur is, id, cui inest ἀγαθόν S. 52. 53. f. ἀρετῆ S. 62. Platon. Defnitt. p. 288. Vol. XI. Ἀρετῆ -- ἔξις, καὶ ἦν τὸ ἔχον, ἀγαθὸν λέγεται. Sic Φρόνιμοι dicuntur ἀγαθοί, ob Φρόνησιν, quae iis inest, et ἀνδρεῖοι, ob ἀνδρίαν, qua sunt ornati S. 52. 53. Iam quum ἀρετῆ apud Graecos late pateat, nec solum in animantes, ratione et praediti, et carentes, sed in res quoque inanimatas cadat: ἀγαθός aequè late patet. In hoc quidem dialogo nonnisi legitur de animantibus ratione praeditis, siue de hominibus, et refertur cum ad mentem, atque exprimit facultatem et peritiam alicuius rei, poniturque vel solum, vt ἀγαθοὶ ἠνίοχοι Aurigae periti artis equos regundi S. 72. ἀγαθοὶ διδάσκαλοι Praeceptores docti et artis, quam profitentur, periti S. 69. ἀγαθοὶ ῥήτορες Rhetores docti et periti aliis aliquid persuadendi S. 21. vel addito Accusatiuo nominis, vt ἀγαθὸς τὰ πολιτικὰ Peritus ciuitatis administrandae S. 72. ἀγαθοὶ τὴν ἀρετὴν Praediti facultate S. 81. cui Accusatiuo praemittitur περὶ, vt ἀγαθοὶ περὶ τὰ γυμνασικὰ Periti artis palaestricae S. 73. tum ad animum et ad mores, et omnino est recti amans et studiosus: bonus: probus. vt πεποιημέναι τινὰ ἀγαθὸν Reddidisse aliquem bonum S. 75. add. S. 82. quo sensu vbi capi debeat, facile poterit intellegi, et e contexta oratione, et e vocabulis, quibus vel opponitur, quae sunt πονηρός, vt S. 76. κακός, vt S. 82. etec. vel cum quibus coniungitur, vt cum δίκαιος S. 74. cum καλός, vt καλός καὶ ἀγαθός ἀνὴρ Vir bonus, sanctus S. 26. vbi ei opponitur ἄδικος et πονηρός, quemadmodum S. 70. πονηρός, ἄδικος, ἀκόλαστος, ἄφρων. Vnde ἀγαθός ἀνὴρ τελείως debet ex mente Socratis esse σώφρων, δίκαιος, ἀνδρεῖος, ὄσιος S. 62. et animus virtute ornatus dicitur ἀγαθὴ ψυχὴ S. 62. et καλὴ καὶ ἀγαθὴ διάνοια S. 69. de Rep. 3. p. 303. ὁ ἔχων ψυχὴν ἀγαθὴν, ἀγαθός. Ponitur

R 4

hanc